



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 93. Pacis colloquia inter Albæ Ducem, & quosdam Cardinales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

proponeret, quin imo Dux palam testa- Sæcul.XVI.  
 batur, quod nulli unquam fœderi con- A.C. 155.  
 sensurus esset, nisi Pontifex errore co-  
 gnito sese fœdus cum Regis Catholici  
 hostibus perperam pepegisse, ac contra  
 justitiæ leges hujus Principis subditos  
 divexasse fateretur, eisque prius illorum  
 bona, libertatemque redderet. Verum  
 Summus Pontifex palam profitebatur,  
 quod potius mortem subire paratus esset,  
 quam indigno ejusmodi modo Sedis A-  
 postolicæ honorem lædere vellet, qua-  
 propter totum negotium Venetis reli-  
 quit, ac Trivultium Cardinalem ad eos  
 rogatum misit, quatenus ipsi sua aucto-  
 ritate honestam pacem impetrare fata-  
 gerent. Hoc negotium Veneti animo  
 prorsus lubenti in se susceperunt, & mox  
 Franciscum Trumentum, qui Reipubli-  
 cæ a secretis erat, ad Albæ Ducem ab-  
 legarunt, ut ejus opera Dux ad pacem  
 inclinaretur.

## §. XCIII.

*Pacis colloquia inter Albæ Ducem, &  
 quosdam Cardinales.*

Quamvis Albæ Dux nullo pacto ad pa- *Pallav. I. 14.*  
 cem flecti posse crederetur, nihil *c. 4. n. 1.*  
 ominus aliorum, qui operam suam hac in  
 re locabant studio eo inducebatur, ut cum  
 Caraffa, necnon cum Sanfloriano, & Vi-  
 tellozzo Cardinalibus colloquium defu-

*Hist. Ecclej. Tom. XLII. K k per*

Sæcul. XVI  
A. C. 1557.

per institui consentiret, quod etiam die octava Septembris Cavii, quod Columnensium oppidum prius Dux occupaverat, celebratum fuit. Diu, acriterque hac super re præcipue de Marco Antonio, quem Papa a foedere excludi voluit, disceptatum est: tandem vero post crebras altercationes ita transactum fuit, ut duo pacis diplomata ederentur, quorum primum publici juris fieret, alterum vero omnibus, excepto Pontifice, occultum permaneret, ac demum in horum primo sequentes decernerentur articuli. I. Albæ Dux Romam contendat, ac Paulo IV. nomine Regis Catholicæ obsequium præstet: II. Pontifex vicissim Regem Catholicum in gratiam recipiat, & Gallorum amicitiae renuntiet. III. Rex centum ei arcæ, & oppida hoc bello capta restituat, munitioribus solo æquatis; IV. Bona usurpata, & ærario publico addicta Pontifici reddat. V. Utrinque offendionum, injuriarum, & damnorum hoc bello datorum gratia omnibus fiat, nec fraudi cuiquam sit, alterutri militasse: VI. Palianum, ita uti nunc est, in manus Joannis Bernardini Carbonis Caraffarum cognati tanquam sequestris deponatur, qui obstricta utrique fide pacta inter partes conventa servaturum se obstringat, & cum octingentorum militum præsidio

hanc

hanc urbem teneat, donec ex partium **Sæcul. XVI.**  
consensu aliter statuatur.

**A.C. 1557.**

Ab hac tamen injuriarum oblivione  
excludatur Marcus Antonius Columna,  
necnon Ascanius Corneus, qui anathe-  
mate devincti permanebunt, quamdiu  
Summo Pontifici placuerit. Hæc ita  
Cavii die decima quarta Septembris per  
Caraffam Cardinalem, & Albæ Ducem  
firmata fuere.

§. XCIV.

*Duplex pacis diploma, unum publicum,  
alterum secretum utrinque sub-  
scriptum.*

Eodem die, ac loco clam in sequentes **Thuan. l. 18.**  
hosce articulos conventum est. I. **n. 6.**  
Joannes Caraffa Paliani loco compensa- **Pallav. c. 4.**  
tionem idoneam, Senatus Veneti arbi- **n. 1. & 2.**  
trio, qui pacis conciliatorem in eo ne- **Raynald.**  
gotio egerat, accipiat: dabatur autem **n. 14.**  
Caraffæ Rossanum opulenta in Calabria  
civitas, quæ ei cum principatus titulo  
concessa est. II. Hac compensatione  
accepta, ac sequestre amoto Paliani mu-  
nimenta diruantur. III. Idem Caraffa,  
qui olim Comes Montorius, nunc Pal-  
lianii Dux appellabatur, jus omne in Pal-  
lianum Philippo Regi cedat, ita, ut ille,  
in quem velit, transferre possit, si modo  
non sit juratus Pontificis hostis, aut di-

K k 2                   ris